



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

5. Theologi reliqui hisce præfinitionibus aduersantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

nus exit ab ordine causæ primæ repugnantem reddunt; ac demum peccata esse nobis impossibilia demonstrant.

CERTAMEN V.

Theologi reliqui hisce præfinitionibus aduersantur.

1. EA quidem, qua vidimus cert. 2. 3. & 4. fide à Re-
centioribus Dominicanis, quos impugnamus, Do-
ctores sui referuntur: externi verò, haud quaquam pro
illis inducuntur fide meliore, Altiſſodorenſis in primis,
qui 2. ſum. tract. 15. qu. vlt. med. eſt materialem actio-
nem peccati à Deo eſſe, ſecus eius malitiam, vt omnes
ſatemur, concedatamen rationem ſubdit, qua nobiſcum reie-
ctet. Obiectioni enim ex S. Dionyſio propoſita: *optimi eſt
optima adducere; ſed mala actio non eſt optima: igitur
Dei non eſt ipſam adducere.* Reſponder intelligendam
eſſe maiorem: [In his, quæ agit Deus per ſe, & ex ſua vo-
luntate. In his, quæ agit Deus per ſe dico: quia actio, in
qua Deus cooperatur homini, bene poteſt eſſe mixta: ex
ſua voluntate dico: quia, cum Deus agit, quaſi inuitus,
id, quod tunc agit poteſt eſſe malum.] Ergo non præſi-
nitue, & prædeterminatione: quia quod ex prædetermina-
tione non cooperatur ſolum, & quod præſinitue, nõ quaſi
inuitus, ſed ex ſua agit voluntate. Ideo 1. etiam ſum. art. 2.
à medio hoc ſuſe docet. *Deus quantum ex ſe eſt, vult,
vt mala non ſint.* Guillelm. item Pariſienſ. 1. p. tract. de
vitiis, & peccat. c. inchoante. *De peccatis autem, id eſt,
operibus humanis, circa med. docet quavis neceſſitate à
quouis extrinſeco admotore nobis inducta, quæ nobis ad
operandum, vel ſecus dominium, & authoritatem ope-
randi non relinquit, nos à culpa liberari, atque in moto-
rem illum reſcindere.* Magiſt. in 1. d. 48. qu. vlt. c. 2. ait: *vo-
luit tota Trinitas, vt Chriſtus pateretur, neque tamen vo-
luerit Iudæi occiderent: quia voluit poenam Chriſti; ſed
non voluit culpam Iudæorum: quibus à voluntate occi-
ſionis Iudæorum ad voluntatem culpæ, & malitiæ eius te-
nere conſequentiam facitur, c. 3. Non volebat Deus, vt
Iudæi occiderent eum. Non enim volebat actionem Iudæo-
rum, quæ mala erat, ſed volebat poenam bonam: &
hec voluntas per malas Iudæorum voluntates impleta eſt.*
Alex. 2. p. q. 100. m. 3. art. 5. ex Auguſt. ait, motum auerſio-
nis à Deo non alium eſſe, quam à voluntate noſtra exiſtere,
& art. 6. §. 1. ad 2. e duobus æque diſpoſitis ait: *Non eſt di-
cere rationem mali in voluntate, niſi ipſam voluntatem,
quæ ſeipſa veritabilis eſt: & quod ſeipſa veritatur in ipſo,
& non in alio, non eſt aſſignare aliquam cauſam à ſeipſo:
quia quod ipſo veritatur ad malum non eſt, niſi, quia pla-
cet: placiti autem non eſt alia ratio, querenda; ſicut in
bonis, cum perueniunt eſt ad voluntatem Dei, nulla eſt
aliam ratio: ita in malis cum perueniunt eſt ad voluntatem
veritabilem ſibi reſiſtam. Et §. 2. ait: *Deum eſſe ſolem
ſpiritualium, qui de ſe nunquam abſte, ſed ubique ſe
diſſundat; ſed alia deſunt ab ipſo quando recedunt per
peccatum. Ideo non eſt dicere, quod ſua abſentia ſit cauſa
tenebrarum, ſive mali: imo liberum arbitrium deſiciens
eſt cauſa, quare ei abſte ſpiritualis ſol.* Quibus omnibus
conſonat eius §. ſine, motus autem verſionis in hoc præ-
ſilio, auerſionis à bono, & Deo, actio voluntatis noſtræ, &
materiale peccati eſt.*

2. Sanct. Bonavent. in 2. d. 34. art. 1. qu. 1. ſin. corp. [Si
autem quæras quid faciat ipſam voluntatem exire in pec-
catum, & quæ ſit diſpoſitio immediata ipſius reſpectu
culpæ: dicen ium, quod nulla ſupradidit diſpoſitio: ſed
ipſa voluntas, quæ eſt domina ſui actus, & libera poteſt
ſeipſam conuertere ad illud, quod vult; eſt indebita ſe
conuertere, tunc peccat: nulla ſuperinducta diſpoſitione
à parte voluntatis, quæ ſit præambula ad ipſam culpam.]
Quibus nullam præuiam diſpoſitionem ad conuerſionem
in hoc, vel illud, vt vult indebita, & contra legem, præter
voluntatis in ſuos actus dominum, & liberam poteſta-
tem admittit: ea vero voluntatis conuerſio per affectum
ſuam indebita eius phyſica operatio, & materiale peccati

eſt. Confirmat ſtatim exemplo. *Sicut ille, qui ſtat rectus,
poſſet ſtatim, ſi vellet, ſine noua diſpoſitione adueniente
dimittere ſe, & cadere: ſic voluntas recta conſiſtens, & in
ordine ad ultimum ſinem, poteſt illum ordinem exire, &
d. 37. art. 1. quæſt. 1. ad vltim. ne excitationem quidem ad
actiones prauas, ne diuinationem, Deo permittit his
verbis: (Ad illud quod obicitur, quod Deus eſt princi-
pale mouens in tali actione) dicendum, quod verum eſt
attamen non ſequitur ex hoc, quod exciter liberum arbi-
trium ad faciendum illam operationem. Excitatio enim
dicit aliquem effectum gratiæ præuenientem ipſam vo-
luntatem: hæc autem requiritur in bonis meritoris; in
aliis verò operibus indifferentibus, vel etiam malis, non
eſt, niſi ſola cooperatio diuinæ virtutis.] Vbi, quoad
concurſum ſolam admittit in Deo cooperationem cum
voluntate; non autem huius ad operandum determinati-
uam præoperationem, aut decretum: imo intentiona-
lem præmotionem, & excitationem, adhuc non præ-
determinatiuam, ad actionem prauam à Deo relegat.
Denique in 1. d. 47. art. 1. qu. 2. vbi propoſito argumeto
penultimo quod homo contra præmiſſionem Dei facere
poſſit: quia poteſt non peccare, etiam cum à Deo pec-
care permittitur: Reſpondet: *Deus non dicitur permit-
tere peccare, niſi eum, qui adualiter peccat, ſum peccat: &
tunc impoſſibile eſt eum non peccare.* Nullam ergo impoſ-
ſibilitatem non peccandi, ac peccandi neceſſitatem à diui-
na præmiſſione ortam admittit: ſed eam ſolam qua neceſ-
ſe eſt rem eſſe, & impoſſibile eſt non eſſe, quando eſt, &
graphicus Doctores agnoſcit, ac prouide ſolam conſequen-
tem, non autem antecedentem admittit.*

3. Scotus eſt ex 1. d. 39. & 41. pro aduerſariis dicitur,
nullo tamen fundamento citatur, vt vidimus q. 6. cert. 1.
n. 4. maxime: cum expreſſe doceat in 2. d. 37. quæſt. 1.
§. *Ad ſolutionem iſtorum obiectionum.* Deum non prius
cauſare materialem actionem peccati, ſed potius volun-
tatem poſſe, ſi velit cauſare actum bonum. E cuius doctri-
na ibi, Nicolaus de Orbellis ead. diſt. circa med. ita cauſam
ſecundam in cooperatione ad opus prauum diſtinguitur:
[Quia illa cauſa poteſt rectitudinem dare actui, & tenet
illam dare, tamen non dat. Alia autem, licet non tenet
eam dare, quantum eſt ex ſe, daret ſi voluntas crea-
ta cooperaretur: dando autem voluntatem liberam deſi-
tente antecedente opera recta, quæ ſunt in poteſtate daretur.
Et ideo quantum eſt ex parte ſui, dedit rectitudinem
omni actui voluntatis: & voluntati ex conſequenti daretur
ipſa voluntas quemcumque actui elicitum recte ageret: &
parte ſui eſt igitur defectus in effectu diuini cauſandi,
non propter defectum cauſæ ſuperioris, ſed intentionis,
quæ quantum ad ſe pertinet non cauſat, quibus ſimilia,
imo eadem repetit ibidem Scotus, ex quo fecit ad verbum
Conradus 1. 2. q. 79. art. 1. poſtrema p. corporis his verbis:
*Voluntas increata, & Deus ipſe non poteſt eſſe prima cauſa,
& ratio deſcendiendi culpabiliter: quia ſi Deus primo ſuſci-
traheret rectitudinem actionis, tunc non eſſet in poteſtate
voluntatis recte agere. Inferriſculce. Imo quantum eſt ex
parte Dei, illa rectitudo inſeſt actui: quod autem non re-
ſiſt, eſt ex voluntate creata. Et rectitudo inſeſt voluntati, licet
non tenetur dare rectitudinem effectui, tamen, quantum
eſt ex ſe, daret, ſi voluntas creata cooperaretur: quidquid
enim Deus dat antecedenter, daret etiam conſequenter,
quantum eſt ex parte ſui, niſi ad ſi impedimentum. Inſe-
ritus, Deus quantum eſt de ſe cauſaret rectitudinem, ſi
voluntas ſua cauſaliter cauſaret. Quæ omnia à
Deo cõtra præſinitionem, & prædeterminationem quan-
vis voluntatis creatæ ad actionem prauam, ſeu auerſam
peccati adeo aperta ſunt, vt ponderatione recta non
peccant. Accedit, Scotum eundem in 1. d. 44. & in 2. d. 37.
quæſt. vn. docere vniuſum voluntatem ſeipſam, & non ab
alio, determinare ad actus liberos, atque cauſæ liberæ de-
ſinitionem communem admittit, vt ostendimus quæſt. 8.
cert. 1. à n. 1 ad 3. incluſiue & qu. 7. cert. 3.*

4. Citatur etiam Durandus pro oppoſita ſententiæ ex
1. d. 46. qu. 1. cuius tamen toto art. 2. omnem antecedentem
neceſſitatem voluntatis noſtræ ad prauam actionem
excludit: ſicuti filius d. 47. q. 1. & 2. & in 2. d. 44. q. 1. quæſt.
d. 1. q. 1. ex vniuſerſaliſſimis principiis ſtatuit: Deum cum
ſecus, neque aliter, quam eas producendo, & cõſeruando:
idque eo in primis animo, vt poſtea in 2. d. 37. q. 1. facilius
Deum

Deum à concursu ad actiones prauas illarum, siue ad peccati materiale liberaretur: quæ omnem subinde ab eo causandi peccatum, vel vmbra, depelleret. Ac denique communem causæ liberæ definitionem statuit. q. 7. cert. 3. Argentina in 2. d. 25. q. vn. art. 1. post concl. 2. & art. 2. impugnat. 2. Goffredi aut. voluntatem a quæ etiam rationibus in vtrumque impulsam seipsum in fornicationis consensum determinare ait. Et d. 34. art. 2. ver. fin. ad 2. ait: Ideo peccatum ad culpam imputari. Quia homo non resistit peccato quantum potest: ut acrius 2. lum. apud Cathuban. 1. d. 4. q. 3. sub med. ait: In obduracione sunt duo. Aliud est actus voluntatis pertinaciter inhaerentis malitie: & huius Deus non est causa per se, neque per accidens, neque occasio, sed voluntas deficiens. Aliud est subtrahio gratiæ, quæ subtrahio potest considerari, vt pœna peccati: ita Deus est causa eius per se: potest etiam considerari, vt causa, siue occasio culpæ sequentis, & ita non est à Deo, sed à voluntate perit: Quæ scilicet subtrahit gratiæ ad induccionem causam dedit. Tantum abest à præfinitione, seu prædeterminatione deficientie voluntatis in operando! Cathubanus ipse in 1. d. 40. q. 3. sub init. ex S. Thom. ait: [Obduratio interdum dicitur actus voluntatis obstitit in vicio, cui pertinaciter inhaeret. Sicque Deus nō est causa obduracionis: sicut neque actus peccati, quantum ad eius deformitatem, sed homo.] Et in 2. d. 34. q. vn. post med. & d. 37. q. 1. approbat quæ ex S. Th. ea d. q. 1. a. 3. fin. & alibi supra reuoluit, & de actione praua, seu materiale peccati effectus Ricardus in 2. d. 34. a. 2. q. 4. corp. Ideo actus deficiens à voluntate procedens habet rationem culpæ, quia voluntas per liberitatem potest se tenere, ne per suam deficiētiā exeat in actum defictum. Inferiuscule vero explicat, cur defectus non reducatur in Deum exemplo: Si enim aliquis faber fabricat cultellum, & alteri dicit ad rectum vsum: & ille postea ex diuersitate voluntatis abutens cultello faciat aliquod opus illicitum: ille abusus non reducitur ad fabrum. Reduceretur autem, si ad præsum alterius vsum, ex cuius efficaci voluntate (præcipue inuitem ad alium vsum rectum) cultellum fabricasset, & dedisset: vt in præfinitione prædeterminationis materialis peccati contingeret.

5. Valdensis 1. Doctrinal. fid. c. 2. fin. c. 2. inie. c. 23. c. 24. fuse probat Deum non determinare, aut necessitate motu voluntati ad operationes prauas imponere, c. 23. longe à med. [Christus percutus non necessitauit perculsorem ad faciendum ictum alapa.] c. 24. inie. [Tradit eum antiquitas Ecclesiæ Iesu Christi originem actus humani mali, & deformis esse voluntatem humanam, in sua radice vberitatem, & sine fræno alicuius necessitatis distinctam.] Sub fine. [Ne dicat quisquam insipiens, Domine tu mihi eras causa peccati mei, quam ego, qui peccavi. Tu enim actasti voluntatem meam. Tu prouidisti modis delinquendi, unde necessarium fuit peccare, & velle peccare.] Loqui autem illud de necessitate à Dei concursu, voluntate, & præfinitione constat à c. 1. ad 30. A primis exemplo rem, & mentem suam explicuit cap. 26. sub med. [Deus præfinitia sua videt ex qua parte pondus in libra descendit. Neque tamen, vt necessitatem inducat alterutri lancia brachio manum premit: imò sic pondus in libra sine omni aspiciente descendit: ita per impossibilitatem, si Deus non præfinit, sic tamē, sicut iam futura est finitura fore.] c. 28. med. Voluntas diuina consensum actus mali vel humani delicti non præfinit. Quod a quæ latum, & etiam fidem esse ait, ac Deum bonas voluntates nostras præfinit. Denique contra actionum nostrarum vniuersum præfinitiones, ac prædeterminationes diuinas plures ex Valdensi de huius cap. 6. cert. 3. n. 8. & 9. quæ omnia prauarum actionum actionum (quæ nostrarum, malorum) tam magna est necessario conuallunt.

6. Neque alia est Nominalis sententia Dionysii Gisterciensis in 1. d. 46. quæst. vn. art. 1. p. 1. proposit. 4. Quandoque Deus permittit creaturam se operari, & voluntate simpliciter complacere non inuoluit in illo se velle operari. Voluntas odire (odisse) præsumit. Ecce concursus præfinit sine beneplacito Dei. Proposit. 5. [Deus nullum licet facere contra præceptum. Non facit aliquem peccare non facit forte o. sine. Et p. 2. proposit. 1. Respektu nullius voluntatis culpabiliter malum diuinum velle est co- efficientia specialis, sed solum generalis.] Explicat sub-

Christoph. de Orreaga, de Deo Vno, Tomus I.

inferius. [Ad malum culpæ mortalis Deo non iuuante, sufficit voluntas creata itante concursu generali.] Quæ vtrique ad malitiam, seu formale peccati non est, sed solum ad materiale, siue actionem prohibitam eandem sententiam tradit proposit. 4. & art. 3. sub fin. [Nullus peccat volendo, aut faciendo illud, quod Deus efficaciter, vel executive vult cum velle, vel facere.] Patet: Quia tale velle necessitat rem volitam esse. In 2. d. 24. q. 1. art. 1. proposit. 3. [Odire Deum, & reliquas deformes actiones Deus solum coëfficit, & creaturam agere sinir: neque eam ad taliter agere actuat, neque sic male agere facit.] d. 25. q. 2. art. 1. concluf. 5. Arbitrium iniustum ad male volendum non eget præmotione diuina, art. 2. concl. 1. Deus non necessitat voluntatem creatam ad actum primum, quo se auertit à vita, & à Deo: neque ad actum fruendi creatura, & tendi Deo. Repetit concluf. 4. & d. 37. q. vn. (3. de peccato actuali) circa concluf. 3. Impium est dicere, quod Deus est sic præmouens, & actum ad agere contra legem diuinam. Fulsque subinde probat. Ioan. Bacho in 1. d. 40. art. 2. post med. Giltonis verba hæc refert, & approbat. [Deus aliqua futura non vult velle efficaci, sed solum permittit, & respectu sic productorum voluntas diuina est causa per generalem, (concursum seu voluntatem,) Tribuens agenti particulari facultatem agendi sic, vel sic: non tamen determinat agens ad aliquam: neque efficienter vult hanc, vel illam, & isto modo voluntas diuina est causa actuum nostrorum quantumcumque deformium.] Inferiuscule. [Tantum actum est causa determinans voluntas humana præsupposita influentia generali Dei. Vnde ideo pecco, quia volo peccare: ita, quod actus voluntatis meæ est iam determinans me ad peccandum.] Propterea verbis eandem sententiam tradit art. 4. circa med. & d. 41. sub fine. [Deus non est causa illorum actuum demeritoriorum determinans: sed solum per generalem influentiam permittens.]

7. Gabriel in 2. d. 7. docet: actus necessario consequentes primos demonibus à Deo impressos liberos illis non esse d. 37. q. vn. art. 1. ad argumenta 1. vie ait: diuinam voluntatem esse paratam ad concurrendum, non determinando, sed relinquendo voluntari facultatem, vt se determinet ad actum, & art. 3. dub. 1. ita è Scoti solut. scribit: [Ita est Deus causa effectiua rectitudinis, quod quantum est de se daret illam actui, si voluntas cooperaretur, vniuersaliter enim quicquid Deus dedit antecedenter, daret etiā consequenter, quantum est ex se, si non esset impedimentum, vt dictum est. Voluntas autem, quantum est ex se, non daret rectitudinem actui.] Inferius subdit propositiones, quæ alio clariori ordine dispositæ sic habent: [Defectus rectitudinis non induceret peccatū respectu voluntatis diuinæ, neque respectu voluntatis creatæ, si voluntas diuina primo, & simpliciter nollet dare rectitudinem: quia tunc voluntas creata non posset dare rectitudinem.] Et dub. 2. probat Deum non esse Authorē, vt homo sit deterior: [Quia consilio, præcepto & c. Deus non mouet voluntatē hominis ad faciendum malum, licet se cum, tamen causa partialis, producat malum, neque quantum est ex se, concurrat Deus, vt dictum est, sed, quia voluntas libere hunc producit, Deus conproducit.] Greg. Ariamin in 2. d. 28. q. vn. art. 3. post med. ad 12. [Non solum iuuat Deus ad bonum velle partialiter coëfficiendo, qui est modus communis, quo cōcurrit ad cuiuslibet creati agentis quilibet effectum. Sed etiā quodam alio speciali modo, videlicet faciendo ipsam voluntatem partialiter concausare ita, quod ipsa voluntas partialiter concausatur applicata, & quasi mota, à Deo ad sic parriabiliter cauendum. In qua motione ipsa non necessitatur, sed instrumentum liberum existens, in cuius potestate est sequi motionem primi agentis, iuuatur ita, vt agit, quæ non sic adiuta, nequaquam agere potuisset. Ad productionem vero actus mali solum primo modo Deus concurrir: quia non facit voluntatem agere actum malum, sicut facit eam agere actum bonum.] Quibus motionem, adhuc temperatam, & cum potestate non operandi (quam respectu actus nostri prohi concedit) respectu prauis Deo negat: Nedum necessitatem motionem, & præfinitionem eius d. 37. quæst. vn. art. 3. ad 1. sine. [Sicut Deus non agit contra rectam rationem faciendo hominem qui possit malum actum facere, sum ad eum faciendum non cogit, vel inducat: sic non agit

C c c c

contra

contra rectam rationem ei non subtrahendo id, sine quo non potest facere malum actum; neque tamen excitando, vel faciendo, ut homo faciat talem actum.] Et ad 3. [Deus cuiuslibet beneficienti est causa, ut faciat illud, quod beneficit. Nam non solum causat, sed etiam mouet voluntatem eius, & facit eam facere eundem actum. Nulli autem malefacienti est causa, ut malefaciat: licet actum illum etiam concuset.] Et ad 6. [Nego, quod Deus velit istum hominem facere istum actum sicut secundum Mag. d. ult. 1. libri: Tota Trinitas voluit Passionem Christi, & occisionem; neque tamen voluit, quod Iudei occiderent Christum.] Et col. penult. ad 8. [Ad hunc sensum dico: Deum sequi determinationem voluntatis: quoniam ideo Deus agit illum actum, quia cum voluntas agit; & non ideo, quia Deus agit, ideo voluntas agit. Et ideo magis proprie dicitur Deus coagere voluntati in talem actum causandum, quam voluntas dicitur coagere Deo.] Infra, §. Ad propositum explicatius ait: [Deus in sic agendo non est principalis causa, ita ut moueat voluntatem nostram ad agendum, & faciat eam facere talem volitionem, aut modo aliquo suadeat, vel excitet. Hoc enim opinari detestanda, & abominanda opinio est.]

8. Ioan. Maior in 1. d. 48. q. 1. conclusionem 4. sic explicat: [Deus non vult culpas esse, quantum est ex parte eius. Nihilominus dedit nobis liberum arbitrium relinquens nos in manu consilij nostri: sine eius ope nullum actum elicere valeamus. Indecens est illi nos necessitare ad bonum. Hæc est disconueniens conditio, quam nobis indidit, si volumus: igitur nobis quasi inuitus cooperatur, quare dixerit quasi inuitus pondera. Nempe, cum ad malum conditio voluntatis nostræ disconueniens purificatur.] In 2. d. 37. quest. 1. ad 4. *Sicut homo sapiens non infligit, & allicit alium male agere, ita neque Deus. Inferiuscule:* [Quia sine Deo nihil agere possumus, paratus est nobis cooperari ad substantiam mali actus, quem scimus per Dei prohibitionem esse malum; & istud voluntate beneplaciti generalis influentia ex suppositione, seu voluntate non subtractionis causæ influentia, necessitate ad productionem actus: dicitur ex suppositione: hoc est supposito, quod nolumus seruare sua præcepta maule influentiam generalem non subtrahere, quam eam impedire, vel nos ad bonum necessitare.] Post med. quest. §. Hæc speculatio, ait: Hunc actum demonstrando substantiam peccati, Deus vult ex supposito, quod homo velit hunc actum, Deus non subtrahit suam influentiam generalem: quæ ad actum concurrunt. Et sine hoc illustrat simili. *Eticiens merces in mare, gratia exoneranda nauis, magis habet de velle, quam de nolle ex Arist. 3. Ethicor. cap. 1.* Ostendens Deum quasi coactum concurrere ad actionem prauam, ne concursum generalem ad ipsam negans iusti laudem impediatur, qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit, quest. 2. ad 4. inquit: Deus non habet velle pure spontaneum, & simpliciter respectu substantia illius actus, sed solum velle generalis influentia, & habet nolle prohibitivum respectu illius substantia actus. Et q. 3. conclus. 4. Potest dici ad aliquem bonum sensum, quod voluntas prius agit ad actum malum, ad quem, ait, Patres prauentiri nos adeo non dicunt, cum speciatim ad actum bonum nos dicant prauentiri ab ipso. Vtique, quia nostra determinatione generalis Dei influentia indifferenter, seu non determinata ad actum prauum ad hunc determinatur, & explicatius subdit. [Prius Deus est paratus coagere voluntati ad substantiam actus mali, quam voluntas non potest elicere Deo non concurrente intellectus diuinus intelligit voluntatem creatam velle, A actum malum producere, si concursus primæ causæ necessarius ad productionem illius actus haberet: & quod non illud velle possit habere sine concursu Dei: Deus illi coagit adhuc, & illud prohibetur: & quodammodo inuitus hoc Deus facit: hoc est, non pure spontaneè ad sensum superius crebro declaratum.] Et ad 3. docet in potestate soeratis esse, quod Deus concurrat, vel non ad eius actum malum: quæ omnia non ex voluntate absoluta, & simplici Dei, & determinatione sua ipsum (necum nos) ad actum prauum concurrere, sed ex determinatione nostræ voluntatis. Hæc quidem à Deo fuisse ex Maiore recitauimus, quia eadem q. 3. conclus. 1. aduersariis satis ad speciem fauentia hæc dixerat. Deus determinat aliam causam ad hunc effectum, & non ad simi-

lem, quem aequaliter habet in sua potestate. Et prius q. 1. conclus. 2. probat 6. [Voluntas creata est libera ad hunc actum malum producendum, & ad illud: neque est maior ratio quare vnum producat, quam alium, nisi, quia determinatur à Deo: ergo ad hunc actum, qui est malus determinatur à Deo.] Verum his solum docet actum voluntatis nostræ, indiuiduationem sicuti, & effectum omnium aliarum causarum, non ab eis, sed à Deo determinari: quod verissimum est, nec aduersariis fauet, id enim præstat offerendo concursum ad actum hunc, & non ad alium; indifferenter tamen, si voluntas operari velit hunc actum ad quem concursum offert, & parat, vel eius concursum alium vel neutrum. Ideo dixit hunc, & non similem.

9. Marfilus in 1. d. 40. art. 2. sub 3. concl. & concl. responsali: Probat cum præscientia futurorum eorum contingentiam, & potestatem ad vtrumvis in nobis stare, quia alias peccati Author Deus esset: ubi inter alia ille, inquit, est principalis Author peccati: qui producit scientiam, & libere peccantem, sic, quod non potest non peccare. Subiunctus. [Iste qui sic produxit creaturam, & nouit eam peccaturam necessario, & tamen libere facit eam, est principalis causa antecedentis, scilicet, existentia huius creaturæ: ergo est principalis causa consequentis, quod necessitate sequitur, scilicet, peccati.] Et fine questionis. [Deus præsciens. A. Futurum non necessitat voluntatem ad A. quia tunc A. non esset peccatum: cum nullus peccet in eo, quod vitare non potest.] Inferiuscule: [Causa, quæ producat A. (ut voluntas) non sunt determinata ad A. sic, quod non possunt ipsum non producere,] quibus constat illum non de innata solum voluntati necessitate peccandi manichæa, sed etiam de aduentitia ex præscientia, aut voluntate Dei loqui. Et q. 45. post concl. 5. de Euz electione praua, [Actum voluntatis, quod substantiam voluntate beneplaciti: dum tamen mulier eum veller. Vnde in potentis liberis imaginandum est, quod quemcumque actum elegerint, Deus, ut causa vniuersalis agit cum eis, libere tamen. Dedit enim ad hoc libertatem arbitrij, ut possit in actus bonos & malos, saltem in natura integra, & quocumque duxerit eligēdos Dominus coagere, ut causa vniuersalis. Subdit, in his actibus qui disconueniunt voluntati, quasi voluntas prauent eum: quia, ex quo Deus præcepit contrarios, & bonos voluntati, malos voluntate non produceret, nisi præuente aliquo modo per voluntatem libere se determinantem ad partem sibi nocuiam.] Veritas fin. [Ad rationem principij: Deus concurrat ad actus mali substantiam, ut eius bonitatis principalis Author, quem tamen producit, quasi prauentus libertate voluntatis concurrens, cum qua statim concurrere in his, quæ voluntas libere elicit in se.] Quod statim in voluntate Iudeorum occidendi Christum repetit Martin. Magistri tractat. de fortitud. q. 3. de perseuer. agens in solutionibus obiectat. Deum Adamo dedisse principia, quæ cum libero arbitrio poterant esse causa perseuerandi sufficientia, sed præiudicabant peccasse. Almain. 1. moral. c. 1. post med. ait. Alii dicunt, quod, qui agit actum malum Deus non vult illum agere, etiam quantum ad substantiam actus, quamvis agit. Quod absolute non probat. Eo vero sensu, quem ex aliis reuolimus probat, Deum ex propria sententia respondet, Deum velle non est prauum, sed concomitant, & simul habens scilicet absolutum, quia prauum conditionatum solummodo est, si voluntas velit; quod ipsa voluntatis volitione, qua purificatur conditio, in absolutum simul transigit, quare superius dixerat cum Dionysio Cisterciensi Dei concursus, & voluntatem absolutam nostram priorem natura, aut tempore non esse. Et c. 16. tacite Arimontis doctrinam probat: nempe ad actum concursus Dei generalis esse, ad bonum vero specialem, quo Deus faciat, ut faciamus requiri: vnde præhensionem, seu prædeterminationem omnem, ut prauas actiones faciamus, aperte excludit. Io. Maironis in 2. d. 43. q. 4. Esti concedat Deum causare actionem prauam, etiam cum respectu ad victimam, tunc excusat tamen illū à culpa, quia causa totalis non elicitur nisi vult pactum t. nere, scilicet, quod omni creatura agat in causando, & ad bonum, & ad malum ex parte nēpe suā indifferenter ad vtrumvis eius potestate complens, quare ad ea potius ad malā actionē determinatur, quā determinatur. Rupert. Holcohr. & si in 2. q. 1. art. 4. Illam Deus vult fore peccare, & similis Nominalium (ad quos ex suis Dominicanis iuit) propositiones admittat, cum eis tamē


ad indifferentiam diuinæ voluntatis conditionata, & concursus generalis determinati à nostra voluntate recurrit ubi hac speciatim nota: *Secundo modo concurret Deus voluntarie ad coagendum cum natura rationali libera, qui tales leges statuit: quod quidquid ipsa voluit placet sibi agere ad illam voluntatem; licet non simpliciter placeret sibi agere, sicut per illam voluntatem denotatur: itaque si forte vult peccare, placet Deo coagere secum in hac voluntate, & non impedire eum, vel si impediret eum, hoc facit per legem communem. Inferiuncule: Potest dici, quod Deus non est causa peccati quia ista causalitas est vera Deus vult forte peccare, quia forte vult peccare, & non è contra. Ideo forte est magis causa peccati, quam Deus non tamen est maior causa vel melior seu principaliter, vel potest concedi, quod Deus est summa causa peccati & summe causat; tamen, hoc non obstat, imputatur creatura, quod in potestate ipsius fuit Deum esse causam ipsius peccati unde eo ipso homo est liber, quia Deus statuit coagendo cuiusque creatura secundum modum nature suae sequitur, quod homo habet in sua potestate facere Deum coagere, & non coagere, sicut sibi placet: quia Deus seruitur hominis voluntati. Repetit indeterminatibus, q. 11. art. 4. ad 1. & 1. Quibus, & si male admittat absolute peccati causam esse: tamen, ut eum à culpa excuset ad determinationem eius à voluntate nostra ad coagendum illi actui determinatio, & subiectionem ad humanam voluntatem, in cuius subinde voluntate sit Deum ipsi coagere, aperte Holchor recurrit: ex qua doctrina omnes actionis prauæ præfinitiones, & prædeterminationes diuinas excludit, & ab omnia illas suas propositiones excludere potuisset. Nicolaus Orbellus in 2. d. 37. circa med. Scori verbis materialis peccati præfinitionis, & prædeterminationes reiecit, ut videmus supra. Andreas de Caltrouou in 1. d. 22. quæst. 2. ad 2. ait: Deum velle hunc actum, non velle absolute simpliciter, & efficere, nec velle præordinare, sed solo velle generalis influentia: quod est tantum velle secundum quid, & conditionaliter: quia quantum est ex se, potius velle Deum illum actum non fieri; tamen, si voluntas creata vult illum, non vult subire suum concursum Porro hanc doctrinam è sue Scholæ Principe, & Authore Okamo recitati. Nominatim exhibet: ipse enim in 1. d. 38. q. vii post med. ait Supra præparatione diuinæ voluntatis ad coagendum, ad hoc voluntatem creatam posse non agere: & d. 46. quæst. vii. post med. Deum esse paratum, ut cooperetur ad bonum; nihilominus hominem nolle operari bonum, sed malum: & in d. 19. ante med. Non esse liberum eos actus, qui necessarii sequuntur ex primis, quod Deus imprimit Demonibus; sed solum alios, qui non ita sequuntur, eis se repugnant, suntque indifferentes, & in dy inter necessitatem, & repugnantiam cum illis: tentare, vel secus. Ceteri vero Nominales, est de actione praua nihil in specie docuerint; tamen ex his, quæ de indeterminatone voluntatis nostræ à Deo, & determinatione à se ipsa ad actionum nostrarum libertatem requisita docuerunt, q. 6. cert. 2. satis aperte contra actionis nostræ prauæ diuinas præfinitiones, & prædeterminationes militant. Maxime, cum ita pro communi cause libertatis definitione pugnant quæst. 7. cert. 3. ut eius inuenciones, & Pattoni (et si falso) vnicuique, ut eo certam ostendimus, ab aduersariis reiectur.*

11. Ex non adeo vetustis Doctoribus Rossensis contra Lutherum art. 36. §. Ediffere, & sequente, & §. Ad nentram, circa articuli med. Kuard. Tapper contra Luther. art. 4. post init. & art. 7. ab init. & subinit. & proposit. 10. dicit: postio generali Dei influxu, & requisitis omnibus voluntatem ad particulares actus prædeterminatam à Deo non esse, sed potest eligere, & agere, vel secus, hoc libero arbitrio docet, ut supra recitimus, & Tapper his de hoc de potestate voluntatis ad faciendum, vel non faciendum vias suas malas: sicuti Horantius toto ferè lib. 1. d. 1. Catholico, præferrim à cap. 45. ad 47. & 49. ad 51. Capitonius explication. Catholico. part. 1. expli. cit. 10. & 65. atque explicat. 28. & 30. Docet Deum non impellere ad peccandum, nec possitue duritiem causare, sed liberum arbitrium: citatur pro aduersariis de capitulo, & redemptione gener. hum. tract. 5. cap. 4. ad 1. cum tamen toto cap. contra præfinitionem & prædeter-

minationem ad actionem prauam acerrime pugnet: sub cuius init. speciatim hac nota. *Tradere in desideria non est incitare, aut immittere desideria praua; sed est permittere eos agere secundum sua ipsorum desideria: ita tamen quod desideria illa non expellantur in operis nisi secundum ordinem diuinæ providentiæ.* Subinfertur ait: Deum non ingerere, neque inspirare iniquam voluntatem: & ad 4. ait: primaria, & antecedenti voluntate, & quantum ex se est, præoptare, ut omnes bene operentur & uiuant, ipsos vero sibi mortis Authores esse. Item cap. 3. conclus. 3. & tract. 4. cap. 2. conclus. 1. 2. & 3. & corollar. 5. & part. 5. capitis post med. & tract. 6. cap. 1. part. 1. rationibus 3. & 4. generis, & lib. de concordia grat. cum libero arbitrio cap. 2. p. 2. & c. 3. longe ab init. & lib. 1. de gratia cum libero arbitrio, toto tract. 4. & toto lib. 2. maxime tract. 1. ad finem docet: præscientiam, prædestinationem, reprobationem, & operationem Dei nobis relinquere: vtriusque partis potestatem indifferentem: ita, ut iisdem circumstantiis alter peccare, siue actionem prauam eligat, alter secus possit. Vega 2. Trident. cap. 12. ad fin. docet arbitrij libertatem necessitate solutam esse debere. Ad rem vero præsentem speciatim c. 15. habet: *Qua parte liberi sumus ita Deo in nostris operibus cooperamur, ut liberi, & desicere pro nostra libertate possimus. Atque ideo omnia operum nostrorum vitia, & omnes defectus iure nobis debent, & non Deo imputari. Nos quippe sumus, qui ad mala opera illius generali concursu abutimur: cum ille perinde, imò multo magis paratus sit nobis ad bona cooperari. Inferiuncule: Ita prorsus nostra peccata non debent imputari Deo, qui auxilio, dumtaxat generali, ad ea concurrat; sed nobis qui defectimus, & claudicamus ab ipsius lege, atque influxum illius in malum detorquimus, quomobrem, licet nobiscum efficiat actus, qui intrinsecam, & inseparabilem habent malitiam; nequaquam tamen, (ut antiquiores Theologi probe monuerunt,) causa peccati, aut Author peccati censeri, aut appellari debet. Quibus consonat lib. 6. cap. 7. post med. cap. 8. post med. & circa fin. lib. 12. cap. 21. & de iustificat. q. 1. ad 3. Archiepisc. Colonienf. Enchiridio Christianæ relig. tract. de Sacram. penit. c. pauci tantum, circa titulum de confess. fol. 100. Licet Deus præcuerit hominem causam, non tamen per hanc præscientiam homini naturalem illud donum, quod creando impertit, ademit. Deus enim ita prouidet, ut determinat contingentia, ut non rollat: modum agendi natura inditum, sed determinat actiones, sicuti sunt. Determinare autem pro permittere vlturpat. Subdens continuo Præuidit Deus Iude malam voluntatem: permittit, ut proderet Christum, non coactus, sed voluntarie: & decreuit quomodo Iudas, sic voluntarie peccantem perderet. Non ergo Iudas peccauit necessitate.*

12. Hadrianus quodlib. 3. q. 1. ante med. [Alio modo potest quis credere se à peccatis abstinere non posse; absolute credendo non posse se abstinere à peccato, aut non posse ad vicandum peccata à Deo sufficiens auxilium impetrare, etiam si fecerit, quod in se est. Et hic error est species infidelitatis opposita fidei, ad quam obligatur, credendo Deum iustis, & misericorditer mundum gubernare: Illi enim manifeste repugnat apud vniuersumque sanæ mentis, Deum hominis imputare ad culpam; ad quod vitandum, nec dedit, nec dare paratus est sufficientem facultatem: homini, inquam, facienti totum, quod in se est, qui error etiam aperte contrarius est Sacre Scripturæ,] Genes. 4. Nonne si bene egeris, recipies. Et 1. Corinth. 15. Fidei Deus, decretali cuidam, & Heteronymo. Repetit quodlib. 7. q. 1. circa fin. solut. argumentor. & in 4. sentent. tract. de Sacram. Penit. q. An hominis semper maneat facultas vere poenitendi? Et quodlib. 7. q. 1. circa finem ad id Gen. 4. Sub te erit appetitus tuus, &c. Ita discit. [Erat hinc Cain in statu damnationis, & mortalis culpe: ergo in quocunque statu fuerimus, siue gratiæ siue damnationis sub nobis est, sub potestate nostra, & dominio appetitus peccati, & nos dominamur illius. Idem videtur manifeste voluisse Apostolus Corinth. 12. Non patietur vos tentari voluisse supra id, quod potestis.] Michaël Palacios in 1. d. 37. d. sp. vnic. ad 1. (consona sibi d. 24. disp. 1. init.) ait: [Deum ratione influxus sui in actionem prauam nostram peccati causam non esse: quia Deus res, quas condidit, sic administrat, ut eas proprias functiones pro sua

pag



Q VÆ S T I O II.

*Liceantne per Sacram Scripturam ad
materiale peccati praefinitiones
predeterminativae?*

QUAM fuerint praefinitiones ad materiale peccati
praedeterminatae Theologis ferè vniuersis odio-
sa, ostendit huculcè à nobis est: communis hu-
ius in easodi causæ & fundamenta sunt deinceps cum ab
authoritate, tum à ratione erant inuestiganda, & primum
à Scripturæ testimoniis, quæ præcipua Theologicæ Catho-
licæ loca & fundamenta sunt.

CERTAMEN I.

*Præfinitiones prædeterminatiuæ ad mate-
riale peccati Sacrae Pagine viden-
tur aduerſe.*

1. **I**ta præfinitiones hæc totum caput Eccles. 12. m-
xime à num. 18. aperte refellit, ut vix commentariis,
aut aliusdæ ad inde confutandas opus habeamus. Sic ex
numero impium à sapientia, feu Sanctitate, & iustitiæ de-
ficiemtem Ecclesiasticus alloquitur: *Non dixerit, p-
Deum abest: iuste operati: quia enim odit Deus ne ius-
tis.* Atqui si Deus præfinitionem iustæ operationis, seu
omissionis legi, & iustitiæ conformis, (quam necessitatem
per hos ad iustitiam legem conformem operationem seu
omissionem à nostra libertate independentem omnino,) *non*
apponat; immò vero apponat præfinitionem independen-
tem à nostra libertate ad materiale peccati, feu, ut il-
lus diffinitur iustitiæque ex nostra libertate, vel omis-
sionis actum præceptum, vel operem prohibentem per
Deum, certò & aperte abest, non autem per nos, qui
aliter, vel operati non possumus ex arbitrio nostro, vel
omittere: ergo huic textui præfinitiones prædetermina-
tiæ ad materiale peccati, seu ad actum, vel omissionem
proptè nobis, aperte repugnant. Secundæ item textui,
huius parti huic obsecutus repugnant: *quia enim, inquit,
odit Deus ne feceris:* ergo actiones pravas, legesque de-
uærias, (& idem de omissionibus est) odit Deus: ergo
efficaciter non præfinit, quæ cum efficaciter fieri à nobis
vult, et parte etiam fieri, v. nequit abesse repugnantiæ
à nobis, factæ, v. ipse voluit, verè odisse: cum autem his
verbis adhortatio Dei ad nos continetur, non facimus, sed
operemur contra iustitiam ac legem: ad id esse proba-
dum debet, quod in nobis, nostræque potestatis est, non
agere vel omittere; & qui solum sit in nostra potestate
ponere materiale peccati seu physicum actum prohiben-
tem, qui proptè à nostro arbitrio, materiale peccati est, non
sistat) poni in loco, & non poni: cum necessario conse-
queatur inevitabiliter (etiam à Deo) actus positionem consequen-
tem exposito malitiam formalem (in quoquecumque ex
materiali peccati non apponendum nos Ecclesiasticus adhor-
tatur. Tum sic adhortatur autem, quia illud odit, odit
ergo materiale peccatum, seu actum proptè nobis, & præfinit
Deus, ac proinde illud esse efficaciter velle, & præfinit
Deus potest. Pergit textus num. 12. *Non dicit illi ne iustitiam
planantur:* id est deiecit ad terros affectus, quibus à iustitia
cademur æqua vel immo implanantur ad euiusmodi maior, quam
operationes pravas, atque lapsum à iustitia maior, quam præfinitio